

8620



Rep. XXXIII. 4 no. 98.

6d
GEORGII ADAMI STRUVII,
D. J. U. Prof. Publ.

EXERCITATIONEM FEUDALEM
QUARTAM

FEUDIS PRO-
PRIISET IMPRO-

PRIIS,

Sub

Ejusdem Præsidio

Iterum publicæ disquisitioni exponit, & quæ-
dam ex Jure Criminali *Prologus*
annequit


Joachim Friederich von dem Knesebeck /

Nob. Lüneb.

Ad d. X. Januarii Anno

M. DC. LVII.

H. L. Q. C.



JENÆ

et Typographico JOHANNIS NISI.

ГЕНЕРАЛ МАТВЕЙ ГЕОРГИЕВИЧ
МЕДВЕДЕВ ИМПЕРАТОРСКИЙ
МАТВЕЙ

ДАНИЛ
ОЯЧИЛ НЕЧИЯ

БЫТЬ

СИ

ОБИГИАЛ СИЯЩИХ

ПОСЛЕДОВАНОГО ПОДОБНОГО СИЯЩИХ



THES. I.



Nter crimina quæ publicis judiciis vindicantur primum & atrocissimum est crimen læse majestatis *Carpz. pract. crimin. part. 1. q. 41. n. 1.*

II. Majestas autem *autore Festo* à magnitudine dicta hoc loco est potestas summa, competens illi qui superiorem non recognoscit. *Vid. Dn. Cell. polit. lib. 2. c. 7. n. 2. 3. & 4. p. 174.*

III. Duplex ut est Majestas, Divina alia, alia humana. *l. 32. §. 4. ff. de recept. quis arb. auth. Gazaros C. de hæres. & Manich. Nov. 77.* ita etiam dicto factove in majestatem tam divinam contumelioso quam humanam committitur. *Matth. Wesenb. in parat. C. de Heret. & Manich. Nos reliqua majestate divina tantum humanam nobis sumamus.*

IV. Et est Crimen, secundum *Cic.* quo dignitas vel fecuritas ejus, qui jura Majestatis propria habet, laeditur.

V. Ab objecto suo crimen Majestatis vocatur, quod nimis. in eos solummodo quorum Majestas aliqua est. committitur. *l. lex duodecim 3. ibi: majestatem publicam læserit ff. ad leg. Jul. Maj. l. meminisse 7. §. 1. ibi: quod ad læsam Majestatem C. eod. uti est Imperator noster semper Augustus. Quilibet Rex superiorem non agnosces in suo regno, qui idem potest in suo territorio, quod Imperator in regno Romano.*

VI. Postquam igitur desiit in Rep. Romanâ status

A 2

popu-

popularis, adversus Populum Romanum hoc crimen
committi non potuit, quia omne suum jus & potestatem
L. Regia, quæ de imperio Principis lata est, transtulerit
§. 6. Inst. de jur. N. G. & C. l. 1. pr. ff. de constit. princ. l. 2. §.
n. ff. de O. f. l. 1. pr. ff. de offic. Præf. Præt. l. 1. § 7. C. de vet.
jur. enucl. Wesenb. in parat. ff. alleg. Jul. Maj. n. 4. Nobilis.
Dn. D. Strauch/ Praeceptor meus nunquam sine honoris
titulo nominandus in nuperrimo edito tractat. de controv.
Illustr. superiori seculo agitatis diss. 4. th. 10. p. 100. quia ita
que populus EI & in EUM omne suum imperium & potes-
tatem contulit, ideo non adscivit Principem in societa-
tem imperii & potestatis, quod esset cumulativè trans-
ferre, ut putat Duaren. ad tit. de constit. Princ. c. 1. sed ab-
dicavit se potestate, & quod transtulit, amisit. Neque e-
näm qui omne imperium suum transfert, ejus quid-
quam retinere magis, quam qui jus utendi fruendi aut
simile quid transfert, potest. Sutholt. de juris d. aph. 70. &
seqq. Magnif. Dn. Frantz k. in comm. ff. tit. de constit. Princ.
n. 3. & multis seqq. Nob. Dn. Praeses Exerc. 2. ff. th. 24. p. 56.
Nec obſt. l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj.

VII. In Augustam s. Imperatricem non aliter dici
potest crimen læsæ Maj. committi, quæm quod per in-
juriam ipsi illatam Imp. lædatur: qui etiam alias privile-
gia eidem tribuit, quæ ipse habet. l. 31. de LL. l. 6. §. 1. de f.
ff. l. ult. C. d. quadr. præscr.

VIII. Sic etiam in eos, qui consiliis & Consistorio
Principis intersunr Senatores etiam vel cuiuslibet qui il-
lis militat, malitiose aliquid contra illos attentando, i-
dem committitur l. quisquis. C. h. Arum. Disp. pen. ff. h.
thes. 2. Non quidem directe sed indirecte, quod hi
quasi pars corporis Principis sint. Bocer. de crim. Maj. c. 2.
n. 28. & seqq. Attentatum autem in eos, qui in Principe
pote-

potestatem imperiumve habet, in ipsum Principem attentatum habetur. *Zæf. ad ff. comm. ad h. t. n. 4.* In aula vero Principis commorentur nec ne nil refert, sed sufficit contemplatione ipsius Imperatoris & ad ejus offensionem in necem Consiliarii fieri conspirationem *Bacchov. ad Treutl. disp. 32. lit. C.*

IX. Quoad EE. imperii expeditum est ob specialem dispositionem *A. B. tit. 24. vers. Wer mit Fürsten. in verb.* So soll derselbige / als der an der Majestät schuldig / mit dem Schwerd gestrafft / und alle seine Güter unserm fisco zugeeignet werden / &c. Idque propter dignitatem eorum & excellentiam singularem, *Dn. Carpzov. ad tit. 24. & 26. A B. q. 3.* Quod etiam de cœteris imperii Principibus, qui præter Cæsarem nullum superiorem recognoscunt cum *Dn. Besold. diss. de crim. læs. majest. th. 12. Rumel. part. 3. diss. 4. ad A. B. th. 1. Dn. Carpz. d. q. 3. ac in prax. crim. q. 41. n. 59. & seqq.* asserimus *Sithman. nucl. jur. civ. p. 275.* Et quidem si læsio eorum tendat in perniciem Imperii, cui unà cum Imp. præsunt, propriè dictum crimen læsæ maj. in illos committi ex dictis constat. Sin vero eo resp. lædantur, quo suis præsunt Ducatus, & superioritate territoriali gaudent: non verum sed analogum crimen læsæ maj. erit. *Conf. Dn. Carpzov. p. 1. prax. crim. q. 41. n. 59. & seqq.*

X. Committit hoc crimen subditus, qui supremo alicujus imperio subiectus est, ut civis, tam ex utroque parente civenatus, tam in civitatis communionē secundum leges assumptus, incola *l. incola 29. ff. ad municip.* Non vero extraneus *c. Pastoralis 2. §. denique 3. junct. §. rursus de sent. & re jud. in Clement. ubi Gl. & Canonistæ communiter. Diff. Alberic. Gentil. Disp. 5. ad L. Jul. Maj.* Qui enim haut agnoscit majestatem, nec eidem subiectus est,

A 3.

ille:

ille Majestatem violare nequit, quia crimen istud relationem quandam subditi & magistratus importat, quæ deficit in non subditos s. extraneo. Peccat quidem extra-neus etiam contra Principem aliquid moliendo, verum non eo modo, quo subditus, ideoque & pœna diversa locum habet *Fibig. elect. jurisp. semidec. 8. q. 1.*

XI. Hinc ne Vasallus quidem, qui ratione personæ subditus non est, in Dominum Feudi crimen hoc committit. *Dn. Ludv. Disp. 18. ad Inst. tb. 2. lit. C.* Quapropter Rex, Princeps, Comes aut Baro aliquis, Vasallus Imperatoris, et tamen haud subiectus, crimen Majestatis adversus Imp. hostiliter aliquid moliendo non committit, uti cum *Dn. Besold. c. l. n. 7. & Dn. Boc. d. tr. de crim. Maj. n. 19. 20. 21. & 22.* statuimus.

XII. De fœderato autem populo quid sentendum, dubitationis haud expers est, cum & ille ratione suæ personæ subditus non sit? Resp. cum *Dn. Boc. d. tr. c. i. n. 45.* Si fœdere comprehensum, ut exterus ille populus, Maj. imp. sed aliqua specie subjectionis veneretur, committi quodammodo ab isto crimen l.m. afferimus. Sin verò hoc non expressè insertum, negamus, quia confederatio subjectionem non inducit, populusque fœderatus liber populus manet, nec potestati alterius populi fœderati est suppositus *l. non dubito 7. pr. & §. 1. ff. de capr. & postl. revers. vid. Anth. Matth. ad lib. 48. ff. tit. 2. c. i. n. 5. & 6.*

XIII. Non attenditur ratio Clericatus: Licet enim Canonistæ, & Pontificii Clerum omni jurisdictione secularium penitus eximant *c. si diligentex x. de for. comp.* tamen atrocius quid in secularem Principem tentando hoc scelus incurrit per text. *si quis laicus 19. vers.*

Episco-

Episcopus XXII. q. s. c. ult. vers. nec aliquis de offici: & pot. deleg. in b. Petr. Theodor. colleg. crimin. disp. s. th. s. lit. A. Diss. Zæf. comm. ff. ad leg. Jul. Majest. Non obstat, c. 2. ext. defor. comp. Vid. Boc. d. tract. c. 1. n. 16. 17. 18. & tract. de Regal. c. 3. n. 102. Imo & ipse Papa, si adversus Imp. insurgat, crimine hoc se polluit. Hac itaque ratione, qua Clericis denegamus exemptionem, quotiescumque aliquid contra honestatem, statumve Politicum ii attentant, ullo fine fori privilegio, à Magistratu coerceri queunt civili Rom. 13. & ibi D. Chrysostom. Besold. d. l. n. 8.

XIV. Est autem crimen illud duplex. Aliud verbale, aliud reale. *Boc. d. tract. de crim. laes. maj. c. 2. nu. 1.* Prius maledicto committitur, quo de peculiaris titulus Codicis si quis Imperatori maledixerit. Majestatis autem crimen Principi maledixisse tempore Modestini JC. habitum fuit *l. famosi 7. ff. ad L. Jul. Maj.* Imperatores autem Theodosius, Arcadius & Honorius in *l. unic. C. d. t. omnino nullum maledictum in Cæsares puniendum esse voluerunt: quoniam, inquiunt, si illud ex levitate processit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab injuria remittendum.* (i. e. condonandum) *Cujac. in parat. C. h. p. m. 504. Dn. Carpzov. tract. crim. part. 1. q. 41. n. 109. 110. 111. 112. & seqq.* Sitamen lex vel exempli necessitas scelus puniri requirat, res ad Principem est referenda, ut ipse caussa cognita statuat quid sit judicandum. *Corv. c. l. Gotofr. add. l. unic. Perez. C. d. t. n. 2. Zæf. d. loc. n. 6. in fin.*

XV. Reale Majestatis crimen est, quod facto committitur. Et lege Julia Majestatis à Cajo Julio Cæsare Dictatore existente secuto Corneliam Syllam lata, punitur.

XVI. Si.

XVI. Et rursus est duplex. Unum perduellionis (di-
ctum à perduellibus i.e. hostibus l. quos nos 234. ff. de V.S.
& ibi Gædd.) crimen vocatur, alterum generis nomen
retinens Majestatis crimen dicitur. l. ult. ff. h.t. l. 31. §. ult.
ff. de donat. l. 11. §. 3. ff. de his qui not. infam. Dn. Bocer. d.
tr. c. 2. n. 5.

XVII. Etsi verò ita distingui soleat: tamen ali-
quando sub appellatione criminis læsa majestatis tan-
quam generis, comprehenditur quoque perduellionis
crimen. l. si quis 3. & 4. C. h. t. l. 10. §. 1. ff. de quæst.
Ita quoque cognationis vocabulum similiter genera-
le est, & duas in se continet species, agnationem scili-
cet: & generis nomine sub se comprehendentem co-
gnationem, ut est colligere ex l. 10. §. 1. §. 4 ff. de grad. Ad-
optionis item nomen generale est, & tamen in duas di-
viditur species, quarum altera arrogatio, altera generis
nomen retinens simpliciter adoptio nominatur. ut do-
cet l. 1. §. 1. ff. de adopt. Dn. Boc. d. l.

XIX. Perduellionis variæ sunt species. 1. Perdu-
ellio in specie sic dicta: cum quis de facto hostiliter ali-
quid molitur in personam ejus, qui summum habet im-
perium l. 1. §. 1. ff. h. t. cuius opera, consilio, dolo malo
consilium initum est, quo quis magistratus populi Rom.
quive imperium potestatemve habet occidatur, quove
quis contra Remp. arma ferat d. l. 1. §. 1. Add. l. 3. §. 4 ff.
h. ex L. 12. tabb. qui in bellis cesserit aut arcem tenuerit
aut castra concesserit. Cuius dolo malo hostis concita-
tus erit, factumve ut ex amicis hostes populi Rom. fiant.
Qui exercitum deseruit vel privatus ad hostes perfugit
d. l. 3. verb. quive imperium. Qui de provincia cum ei
successum esset, non discessisset. d. l. 3. verb. quive cum
ei &c.

ei &c. Cujus dolo malo factum est, quo magis obsides, pecunia, jumenta hostibus adversus Remp. dentur l. 4. pr. l. 10. ff. hic. Qui de nece virorum illustrium, qui consiliis & consistorio principis intersunt vid. thes. 8. scelastam factionem inierit, vel factionis ipsius suscepereit sacramentum l. 5. pr. C. ad leg. Jul. Maj. tit. qui sunt rebelles. vers. tenore presentium, ibi contra nos s. officiales nostros collat. 11. in extravag. Ant. Matth. decrim. lib. 48. ff. tit. 2. t. 2. n. 2.

XIX. Diximus *th. præced.* opera & consilio, quo non solummodo factum, sed & consilium, imò voluntatem, cogitationem, scientiam & reticentiam intelligimus, vid. *Ant. Matth. c. l. c. 3. n. 4.* unde & ille, qui non ignorat aliquem adversus salutem Imperatoris vel Electoris vel Consiliarii, Senatoris militisve Cæsaris aliquid dolose moliri, nec tamen facit, ut reveletur, Perduellionis crimen committit, & propterea eadem severitate plecti debet, quais, qui facinus hocce perpetravit. *per d. l. quisquis 5. §. pen. C. ad leg. Jul. Maj. Petr. Theod. c. l. th. 6. lit. H. d. A. B. Carol. IV. §. Was von obgedachten. ibi: Das wollen wir mit gleicher Gestrengigkeit/ daß es von ihren Mitwissenden und Mitgehülffen/ auch ihren Dienern verstanden werden soll.*

XX. Hinc etiam maritus uxorem, conscienti tanti sceleris, ob reticentiam, jure civili repudiare potest, ita ut huic infortunio quoque subjaceat, ut textus est manifestus in *Nov. 117. c. 8. vers. si quæ imperium cogitantibus. c. quanta 47. x. de sent. excommunic. l. unic. §. pænas C. de rapt. virg. Dn. Bocer. d. l. n. 37. & seqq.*

XXI. Non tamen sacerdos hoc crimen in confessione patefactum, licet in testem provocetur revelare

B

cogi-

cōgitur autē debet , quin imo sub pœna excommunicationis in c. omnis utriusq; sexus, vers. caveant, & ibi gl. in verb. deponendum de pœnit. & remiss. c. si sacerdos 2. x. de offic. jud. Sacerdotibus mandatur, ne confessionem sibi factam propalent. Hinc Dn. Luth. in colloq. suis German. c. 14. von der Beicht und Absolution. quest. Ob ein Diener des Worts. ibi: Es ist mir nichts gebeicht/sonderndem HErrn Christo / und weiles Christus heimlich hält/so soll ichs auch heimlich halten / und strack's sagen: Ich habe nichts gehört/hat Christus was gehört / so sage Ers. Add. c. omnis utriusq; sexus de pœnit. & remiss. &c. sacerdos de pœnit. distinct. 6.

XXII. 2. Proditio. Cum quis hostium partes ope vel consilio clam fovet. Corvin. ad h.s. C. Exercitum deferrit l. 2. h. hosti urbem sine justo metu non actus urgenterissima fame & impendenti mortis periculo Theodor. c. l. dedit l. 3. h. ignaviam vero & timorem legi perduellionis non subjici putat. Dn. Matth. c. l. n. 15. ut & illi subveniendum putat , qui etiam intra munitiones commeatus in opia laborabant. Fames enim ejusmodi malum est, quæ humanam naturam superat. Unde Aristoteles 3. Ethic. c. 1. eum veniam mereri dicit, qui propter ea, quæ humanam naturam excedunt etiam à nullo sustincentur , fecerit aliquid deforme & indecorum, illisque nuntium literasve miserit, tam qui tulit eas do lo malo sciens quid contineretur, quam qui eas misit. Item qui literas hostium, quibus consilia exitiosa continebantur, recepit nec indicium fecit. Signumve dedecrit, dolo malo, quo hostes consilio juventur. Et generaliter quisquis secreta reipubl. aut principis dolo male hosti prodit. l. 1. §. 1. hic l. 6. §. exploratores 4. ff. de re milit.

inilit. Adeo ut Medicus quoque, morbum & instantem
Principi mortem praedicens hujus criminis reus fieri
potest; quod etiam ad Mathematicos interitum principi-
pis praedicentes extendit *Ant. Matib. c. l. n. 10.*

XXIII. Item cuius dolo malo exercitus populi
Rom. in infidias deductus, hostibus proditus erit. Fa-
ciumve dolo malo cuius dicitur, quo minus hostes in
potestate populi Rom. veniant, cuiusve opera dolo
malo hostes populi Roman. commeatu, armis, telis, e-
quis, pecunia, aliave qua re adjuti erunt &c. *l. 4 ff. h. t.*

XXIV. Hinc dubium suboritur, an etiam mer-
catores, qui non tam hostili animo, quam improb: lu-
crigratia commeatum inferunt in oppida hostilia, hoc
crimine se polluant? Rem distinctione cum *Dn. Matib.*
c. l. n. 19. solvendam existimo. Ita etiam enodandam
spinofam istam quæstionem puto. Si uxor forte mari-
tum hostem vel perduellent, Parens liberos, liberi pa-
rentem, cognati cognatum, affines ad finem, qua re ad-
juverint, an præsenti capite comprehendantur poenaq;
perduellionis plectendi sint?

XXV. Prodictionis vero indicium est: si quis fur-
tim præter morem, & quidem dolose (semper enim do-
lus adesse debet) intraverit domum ejus, qui postea pro-
ditus est, & nihilominus haec tenus prætenderit sibi ab
eo infidias stratas fuisse; hic autem si talis est persona,
quæ verisimiliter factura fuerit hoc delictum, torturæ
subjici debet, sanciente ita Imperatore Carol. V. *art. 428*
ordinat. crimin. So der Verdacht/heimlicher/ungewöhn-
licher und gefährlicher Weise bey denjenigen / den er ver-
rathen zu haben in Verdacht stehet/gesehen worden / und
sich doch steller/als sey er vor demselbigen unsicher / und ist

eine Person / darzu man sich solches verschen mag / ist eine Anzeige zu peinlicher Frage.

XXVI. Poena horum reorum olim erat damnatio ad bestias vel furcam l. 7. l. 6. §. 4. ff. de re milit. hodie vero dissectio in 4. partes statuitur in ordinat. crimin. Carol. V. art. 124. verb. Welcher mit boshaftiger Verräthe-
ren mishandelt / soll der Gewohnheit nach durch Bierthei-
lunge zum Tode gestraffet werden. Were es aber ein Wei-
besbild / die soll man ertränken / und wie solche Verräthe-
ren grossen Schaden oder Ergerniß bringen möchte / als
die so ein Land / Stadt / seinen eigenen Herrn und Genos-
sen oder nahen gesuchten Freund betrefse / so mag die Straf-
fe durch Schleissen oder Zangenreissen gemehrt / und also
zu tödtlicher Straffe geführet werden. De jure Saxonico
in proditores rotæ poena statuitur Land Recht l. 2. art. 3.
in verb. Alle Mörder und die den Pflug berauben / oder
Mühlen / oder Kirchen / oder Kirchhöfe / und Verräther
und Mordbrenner / oder die ihren Herren Botschafften
werben zu ihren frommen oder von eines andern wegen/
die soll man radebrechen. Quod tamen in desvetudinem
abiit, in ejusque loco dissectio in 4. partes subrogata est
teste Carpz. c. l. n. 95.

XXVII. Tertia perduellionis species est seditionis
concitatio, quò armati homines cum telis lapidibusve
in urbe aut in quavis alia civitate Ant. Matth. d. t. n. s. p.
315. sint, convenient adversus Remp. locave occupen-
tur, vel tempora quoce coetus conventusve fiat , homi-
nesve ad seditionem convocentur, d. l. 1. ff. h.

XXIX. Non unum autem seditionum genus est.
Vel enim tendunt ad exitium Principis aut Senatorum
eius & reipubl. mutationem ; & tum perduellionis est
spe-

species d. l. i. §. 1. vel ad exitium privatorum. Et non est perduellionis species: sed hanc excitantes incidunt in legem Julianam de vi l. ult. C. ad Leg. Jul. de vi. l. i. & 2. C. de sedit. licet etiani capite puniantur l. i. §. quies. ff. de offic. præf. urb. l. capitalium 28. §. 3. l. 38. §. 2. ff. de pœnis.

XXIX. Non autem omnes tumultui sese immiscentes perduellium nomine veniunt, sed auctores dun-taxat & principes seditionis arg. d. l. 38. §. auctores ff. de pœnis. l. i. & 2. C. de sedition. Corvin. c. l. Petr. Theodoric. d. Disp. s. th. 3. lit. E. Vindicatur etiam lege Cornelia de Sicariis l. 3. §. 4. ff. ad Leg. Corn. de sicar. secuto sc. homicidio arg. l. 6. C. de vi publ. Petr. Theod. c. l. alias pœna horum multa gravissima est d. l. i. C. de sedition. pro arbitrio judicantis l. 131. §. 1. ff. de verb. signif.

XXX. 4. Publicarum tabularum corruptio quæ ad jura Reipubl. spectant, non vero aliarum tabularum; ratione quarum crimen falsi aut peculatus admittitur l. unic. C. de crim. peculat. l. 23. de falsis, nec etiam rescriptorum & edictorum corruptio l. 25. §. fin. ff. de falsis l. 4. C. eod.

XXXI. Divisimus supra tb. 16. crimen Majestatis quod facto committitur in perduellionem & simplex crimen Majestatis. De priori satis actum fuit præcedentibus. Incumbit dehinc paucula quædam delibare de posteriori.

XXXII. Est autem crimen Majestatis speciale, cum quis civis Romanus alio quam perduellis, in Imperatorem dolose quid, vel adversus splendorem vel dignitatem vel existimationem ejus committit l. ult. ff. ad Leg. Jul. Maj.

XXXIII. Veluti cum quis ea, quæ Majestatis sunt violat sibi que arrogat. Jura soli principi reservata, magistratum vel merum imperium tibi adscribit, vel eo unitur cum sit privatus l. 3. in fin. hoc tit. Ideo qui furcas erigit, hoc crimine damatur, si propria autoritate id faciat, proprieà quod erectio furcarum est signum meri imperii Dn. Carpz. tract. crim. part. 1 q. 41. n. 123. Petr. Theodor. c. l. th. 4. lit. H.

XXXIV. Qui nova vestigalia absque principis auctoritate imponit Dn. Perez. comment. ad C. tit. de l. jul. Maj. n. 6. qui purpura aut holoferica uititur l. 4. C. de vest. aur. & holofer. lib. 11. Ant. Matth. c. l. n. 22.

XXXV. Qui injussu principis bellum gesserit, delectumve habuerit (i.e. conquitos milites iustitiae) l. 3. verbis eadem lege ff. ad L. Jul. Maj. quod solius Imperatoris est, per l. unic. C. ut arm. us. injc. Princ. interdictum sit lib. 11. Can. quid culpatur XXIII. q. 1. l. 17. C. de remilit. lib. 12. R. A. zu Speyer de anno 1570 § Vnd wie wol vor etlichen Jahren. Petr. Theod. c. l. th. 4. lit. A. Dn. Besold. tract. n. 20.

XXXVI. Crimen Majestatis ab eo quoque committi dicitur, qui statuam sive imaginem Cæsarismam consecratis (is enim est cui soli statuae eriguntur. l. 2. & 3. C. de stat. & imag. Sunt quidem judices & aliae personæ hoc honore dignæ, dummodo tanien à Principe impetraverint l. 1. & l. ult. C. eod. l. de his quæ singulis 26. §. 2. C. de Episc. audient. Alias qui inconsulto principe erexit sit infamis, & quadruplum emolumentorum in dignitate vel officio perceptorum, fisco inferre cogitur d. l. 1. & ibi Corvinus) violat i.e. detrahit, conspurcat, aut conflat l. 4. 5. 6. 7. ff. hic. aut eas vendit l. 5. §. ult. ff. d. tit.

Cum

Cum ædibus tamen horto aut prædio, quibus accessere vendi posse putat *Petr. Theod. c. l. lit. B. ex l. 24. ff. de contrahend. empt.* Quique eas lapidibus, aut quo alio modo offendit, *l. 6. ff. hic.* Non autem ex rescripto Severi & Antonini qui lapide jactato incerto fortuito statuam atligerit, hoc criminis tenetur *l. 5. §. 1. ff. eod.* Ita nec iste, qui statuas Imperatoris reprobatas (sunt autem reprobatae, quæ sine concessione Imperatoris erectæ sunt *l. ult. C. de stat. & imag. Gothofr. ad l. 4. §. ult. ff. ad L. Jul. Maj. l. 4. §. ult. eod.*) nec qui nondum consecratis conflagaverit *l. 5. §. ult. eod.* deficiente enim rei forma, res ipsa deficere videtur *l. 9. §. 3. ff. ad exhib. Bocer. de tract. c. 2. n. 63. 64. 65. 66. 67. & seqq. Ant. Matth. c. l. n. 22.* uti nec ille qui eas vetustate corruptas reficit.

XXXVII. Crimen læsæ Maj. committit etiam ille, qui monetam, cum tamen illo jure caret, cudit, *argument. 2. Feud. 56. l. 1. & 2. C. de fals. moneta.*

XXXIX. Est enim jus supremæ potestatis monetam cedere, ideoque cura monetæ ad principis Majestatem pertinet, illique incumbit omnibus modis prospicere, ne quid respubl. detrimenti patiatur, quod vix ex alia causa promptius accidere solet, quam ex moneta. *Nov. Leon. 52.* hinc etiam bini conventus ad probandum monetam instituuntur. *Recess. Aug. de anno 1559. §. Undamit diese unsere.* Vel qui monetam Imperatoris probam adulterat *d. l. 1. & 2.* aut falsam (quod faciunt die Kipper und Wipper) cudit *d. l. 1. & 2.*

XXXIX. Tripliciter autem moneta adulterari dicitur, 1. formæ suæ aut insignium alterius monetæ impressione. 2. falsificatione materiæ. 3. justi ponderis fraudulosa detraktione constit. *crimin. Carol. art. III. ibi: In*

Drey.

dreyerley Weise wird die Münze gefälschet/erstlich/wenn einer bestieglicher weise des andern Zeichen drauf schlägt. Zum andern/wenn einer unrecht Metall dazu setzet. Zum dritten/so einer der Münze ihre rechte Schwere gefährlich benimmt. Pœna horum adulterorum legitur in dict. const. §. Solche Münzfälscher &c. Ordinarie & regulatiter est ignis l. 2. C. de fals. monet. Dn. Carpz. late part. l. q. 42. per totum. Boc. c. l. n. 72. & mult. seqq.

XL. Crimen latæ Maj. quoque illi committere dicuntur, qui privatos carceres habent l. unic. C. de privat. carcerib. l. i. C. de cohort. lib. 12. ut & illi qui eum punire neglexit, & Primates insuper officiorum simulatque noverunt, memoratum interdictum facinus ad Präsidem non detulerunt, tanquam ipsius Majestatis violatores ultimo subjugandi sunt suppicio ex constitutione Zenonis in l. i. C. de privat. carcer. Petr. Theod. c. l. thes. 4. lit. H. idem statuimus, cum aliquis aliquem extra carceres, h. e. in vinculis vel compedibus, ut libera recedendi facultas non sit, detinuit l. s. ex quibus causis maj.

XLI. Dominus tamen servum fugitivum l. i. C. de emendand. serv. Theod. c. l. aut audacem in loco aliquo concludentem aut in villam ad tempus relegantem l. ex facto 35. ff. de hered. instituend. pater filium, Abbas Monachum, maritus uxorem castigationis causa arg. l. s. §. 3. ff. ad Leg. Aquil. Theod. c. l. consanguinei furiosos l. 13. §. 1. ff. de offic. Präsidis rectè detinet.

XLII. Commodum nunc erit pauca de pœna reorū hujus criminis differere; quæ ante fuit ex L. Julia indistinctè relegatio & exilium sive aquæ & ignis interdictio, nunc regulariter est animæ amissio , h. e. mors seu

Seu ultimum supplicium §. 3. inst. de publice. judic. d.
l. s. C. ad L. Jul. Maj. l. ult. C. de sedition. & confiscatio
omnium bonorum d. l. s. Nov. 134. cap. ult. in fin. &
Auth. bona damnatorum C. de bon. proscript. nec obstat L.
eodem g. ff. hic. tum feudalium tum allodialium, tum
quæ jurisdictionis sunt l. fin. C. hic. Zæf. comm. ff. hic. An-
ton. Perez. in Prælect. C. h. tit. n. 13. Diss. Rumel. part. 3.
dissert. 4. ad A. B. n. 7. Gülden Bull. Carol. IV. tit. 24. ibi:
Und der also an der Majestät schuldig erfunden/ mit dem
Schwerdt hinzurichten/auch alle seine Güter dem fisco zu
ertheilen und verfallen seyn.

XLIII. Nec refert utrum bona ante delictum ac-
quisita fuerint, an post idem commissum l. ult. ff. ad Leg.
Jul. Maj. Procedit autem hoc, quoad bona rei, in cuius
territorio hoc commissum. Alibi sita non incidunt in
publicationem, quoniam lex ultra territorium sese non
extendit. Zæf. c. l. n. 18.

XLIV. Non confiscantur autem ipso jure, ut putat
Treutl. th. 1. lit. G. sed post condemnationem, ideoque
in ejus confiscationis fraudem res suas alienare non
possunt; quia post crimen contractum, derebus suis di-
sponere vetantur d. l. s. §. 4. vers. dotes. l. 15. l. 31. §. ult.
de donat. Corvin. hic. Magnif. Dn. D. Ungepaur Præce-
ptor meus honorandus exercit. finali quæst. 10.

XLV. In perduellione præterea rei memoria post
mortem damnatur d. §. 3. Inst. de publ. judic. l. ult. C.
hic. §. 5. inst. de hered. que ab intest. defer. l. 76. §. fin. ff.
de legat. 2. l. fin. C. h. t. Gülden Bull d. tit. §. Wir wollen
auch. ibi: Der Todte und sein Name verdammt mit sei-
nem Gedächtniß. Cadaver in humatum relinquitur l. 1.

C

deca-

*de cadav. punit. Damnatus non lugetur l. 35. ff. de relig.
et sumpt. fun. statuæ in ejus honorem erectæ evertuntur
l. 34. ff. de pœn. Ædes eorum aratro exarantur, post-
modum sale adsperguntur cap. felicis de pœn. in 6.*

XLVI. Hoc etiam in hoc criminis singulare est quod etiam liberi (quibus speciali lenitate vita quidem conceditur) sentiant pœnam parentis. Notantur enim infamia sempiterna d. l. quisquis §. 1. C. ad Leg. Jul. Maj. ibi: *infamia paterna semper comitetur d. A. B. ibi: Son-
dern in der Väterlichen Verleumdung alleweg ersiken:
Non obstat l. 2. C. de pœn. ut & ille qui pro tali supplican-
do intercedere cupit d. A. B. ibi: Darnach sollen die je-
nigen ebenmäsig in unsere Ugnade fallen / die vor sie zu
bitten sich unterstehen würden. Dn. Boc. d. tract. de crim.
Maj. c. 3. n. 51. Rumelin. diff. 4. part. 3. ad A. B. thes. 2. Be-
söld. c. l. n. 29. Hæc autem infamia pœna ad debiliorem
sexum non transit arg. l. 5. §. ad filias C. h.*

XLVII. Cum criminis perduellionis pœna inter alia vid. th. 44. statuta sit publicatio bonorum, hinc fit ut pœna patris per accidens redundet in filium, quod is nequeat succedere. Neque obstat quod jure naturæ bona parentum ad liberos spectare videantur; Id enim pertinet ad ipsum parentem, quod sc. contra charitatem liberis debitam sit, alios heredes eligere, & totâ hereditate absque justa caussa liberos privare; Non autem inde sequitur, quod legislator non possit parenti universalis bona confiscare; Neque conqueri possunt liberi quod ne legitimam quidem percipient, sed impudent parenti, quod is nihil reliquerit, in quod succedere possint, cum propter delictum admissum omnia amiserit.

serit. *Conf. Philipp. Paschal. tract. de vir. patr. potestatis.*
p. 4. c. 5. *Anton. Matth. tract. de Crimin. in L. 48. Digest.*
tit. 2. cap. 5. num. 6. *Div. à Mauden. in 1. præc. Decalog.*
disc. 77. n. 6. fac. Mæstert. de just. Rom. Leg. lib. 2. dub. 62.

XLIIX. Deinde à successione hereditatis non solum paternæ sed etiam maternæ, imo avitæ, omnium etiam proximorum habentur alieni; quin & ex testamento extrancorum quicquam capere prohibentur: sint postremo tales, ut ipsis perpetua egestate sordētibus sit & mors solarium & vitæ supplicium d.l. quis quis s. §. 1. C. hic. d. Guldene Bull. c. 20. ibi: Ihre Kinder aber (denen wir aus Keyserlicher Mildigkeit das Leben fristen: Sintemahl sie billich in ihrer Väter gleichmäßigen Straffe ganz verderben und umkommen sollen / nach dem in ihnen die Exempel väterlicher/das ist erblicher Easter anfangen) sollen von Mütterlicher / so wohl aller ihrer nehesten Freundschaffe Erbheil/ausgeschlossen/und deren beraubet seyn/ wie im gleichen aus andern Testamenten uñ letzten Willen nichts empfahen/noch überkommen / sondern in der Väterlichen Verleumündung alleweg ersiken: Sollen auch zu keinen Ehren oder Eyden gelassen werden: dazu in Armutz ewiglich verschmachten/daz also der Zodi ihr Trost / und das Leben ihre Pein sey.

XLIX. Obtinet non tantum in liberis post perpetratum scelus, sed etiam ante reatum procreatis & nascituris, loquitur enim d.l. s. C. h. in genere, nec inter natos ante vel post perpetratum delictum distinguit, lego vero non distingvente, nec nos distingvere debemus, arg. l. 1. & 3. vers. & est relatum ff. de aleator. Bocer. d.l. 2. 60. & 61. Zæs. comm. hic. n. 22. & 24. nec liberi salvam

C 2 habent

habent legitimam, cum bona patris ob perduellionis crimen confiscantur per d.l.s. in fin. verb. Omnia bona per perduellionis fisco addici, & junct. §. ob filias ejusdem C. hic. vid. Petr. Theodor. in colleg. crimin. D. 6. lit. d. in alleg. Dn. D. Ungepaur. d. Exercit. ult. quæst. 9.

L. Magna tamen differentia est inter filias & filios. Hi enim in totum excluduntur ab omni hereditate. Illicis verò filiabus manet legitima sive testata sive intestata mater decesserit d.l.s. §. ad filias sane 3. C. hic & A. B. d.l. §. über das soll den Töchtern so viel ihrer an der Zahl allein der vierde Theil / oder Falcidia in der Mutter Gut / es sey mit oder ohn Geschäft / damit die Ehe eine mittelmäßige Tochternahrung / weder eine gänstliche Nothdurft / oder Erbes Namen habe / bleiben und zugelassen seyn. Quæ vero legitima hodie est triens vel semis pro liberorum numero, Nov. 18. c. 1. ratio autem hujus mitigationis annexitur in d.l.s. & A. B. d.l. ibi: Dann nach Ausweifung der Rechten / sollen die gnädiger Straffe erleiden und ausstehen / welche wir / umb Schwachheit willen des Geschlechtes / ein solches sich zu untersiehen / nicht verhoffen.

LI. De avita autem hereditate, aut aliorum propinquorum vel extraneorum successionibus, plane alienas esse cum Bocer. d. tr. c. 3. n. 56. 57. & 58. Negamus, tum quia in d.l.s. §. filias. C. h. ab horum hereditatibus & successione non arcentur ; tum quia ibidem cum à paterna & materna tantum hereditate excludantur, verisimile est , ad aliorum omnium hereditates eas vocari. Boc. c. l.

LII. Quod autem diximus de filiis minime ad nepotes extendendum esse puto cum Bocero c. l. n. 68. Dn.

D. Un-

D. Ungepaar. d. Exerc. ult. quest. 9. Zæf. c. l. n. 23. nec ad
emancipatos ante patratum à patre delictum, quia filius
talis de familia esse desinit, l. quin etiam ss. in fin. ibi: Qui
post emancipationem extraneus intelligitur ff. de R. N. mul-
to minus ad adoptivos, quoniam cessat conjunctio san-
guinis l. qui in adoptionem 23. ff. de adoption. §. 4. instit.
eod. de naturalibus majus dubium habet an etiam in istis
obtineat? nego cum Dn. Matth. c. l. n. 12.

LIII. Nec uxor ob mariti crimen punitur, sed do-
tem suam recipit, donationis vero titulo, si quid à viro
hac lege ut liberis reservetur, accepit, id omne tempore
quo ususfructus absumitur, fisco infertur, ex æquo ra-
men filiabus Falcidia relinquitur d. l. s. §. 5. A. B. c. l. §.
Entledigung der Eigenschaft. ibi: So wohl die Ent-
frembung/die aus derselben Zeit mit Untreu oder Recke
beschehen/so bald von der obgenandten Missethaten gedachte
worden/sezzen wir/keine Krafft haben/da auch vorermeld-
te ehliche Hausfrauen/die ihr Heyrathgut erlanget/in sol-
cher Eigenschaft weren/dafß sie von ihren Mannen etwas
geschenkt oder verehrt bekommen die sol solches ihren Kin-
dern behalten/und zu Zeiten/ so die Fruchtniessung abge-
nommen/alles unsern Fisco überlassen/was den Kindern
nach dem Geseze gebühret. Der vierdte Theil oder Falci-
dia sol auch allein den Töchtern und nicht den Söhnen
vergönnet werden.

LIV. Non autem è converso pater, si filius com-
miserit perduellionem, poena hujus sanctionis tenetur.
Ant. Matth. c. l. n. 17.

LV. Corollarii loco queritur n. an, si Mævius ob-
delictum læsæ Maj. in poenam lege constitutam conde-
mnatus, inter eundum verò se manibus carnificis extra-

C. 3. hat

hat, & in aliis territoriū confugiat, à ducente apprehendi & rursus sisti possit? Distinguo inter jus rigorosum & inter æquitatem. De priori neg. de poster. aff. Joh. Theod. Sprenger. in Synops. jur. publ. cap. 7. pag. 176.

& 177. 2. an liceat de crim. læsi. Maj. transigere? affirmo propter famosissimam l. 18. C. de transaction.

AD

Nobilissimum, Pereximum & Humanissimum

DN. JOACHIMUM FRIDERICUM
von dem Knezebeck/ Juris Utriusque Cultorem præstrenuum, Amicum suum dilectum!

QVid, Perchare, si et CRIMEN, quo læditur alma MAJESTAS, facili dexteritate doces.

Hoc est, perpetui sectari culmen Honoris,
Et verè dignâ Nobilitate frui.

Quare collaudo STUDIUM; simul appreco*ritis*
Ut cœptis SUPERUM NUMEN adesse velit!

*Benevolentie testandæ causâ
faciebat,*

Christianus Chemnitius, D.

P. P. Pastor & Superintendens.

PRÆclaris ausis nomen sectaris avitum
Et propriâ cumulas stemmatiæ arte jubar.

Generoso Dn. KNESEBECKIO
amico suo carissimo
ex animo gratulatur
PRÆSES.

Mar-

MArte vel Arte decus, *Knesebeci* Cura tibi artis
Sedula. Te hinc olim gloria honórque manent.

*Stirpe & mente Generoso Dn. Joachimo Fride-
rico à Knesbeck, Convictori atque ami-
co per dilecto, colendo, adponeb.*

awoxed.

Philippus Horst/P. P. Facult. Phi-
los. & Acad. totius Senior.

Pergito flagranti studio, dilecte, litare
Sacratiss Themidos templis, & vincula legum
ardua scrutari, Tandem Te digna sequentur.

*Quod Generoso Dn. Respondenti, Con-
tubernali & Consalino suo honora-
tissimo animitus vovet*

Henning Pape.

Thesaurus verus quem nulla teretro terebrat,
Aut inimica manus, vel concoquit alta vetustas;
Præstans est nomen clarâ virtute paratum,
Hoc immune sepulchri est & manet omne per ævum,
Omnia cum pereunt, tum fama vagatur in orbe.
Respondens igitur studiis fac promptior addas,
Ut merito decet ingenium solersq; probumq;:
Accipias tandem studio quo præmia dina.

quod optat suo

Dn. Convictori

Christoph. Ernestus Taube/
Helmstad.

Ut semper rerum quæ vis agit intus, abundat
Munera virtutis per manifesta suæ:

Quip-

Quippe haud ad vitem silicis subsidere venum
Illustris viridi luce Smaragdus amat.
Sic neq; sordidulo muscarum pulvere gaudens
Summa odiisse Jovis rite docetur avis.
Nec generosus apex mentis, generosaq; flamma
Obscura patitur seratione premi.
Exemplum larga KNESEBECKI sisteris hujus
Nobile Tu nobis, nobilis ipse, fide,
Dum Majestatem laudentia crima summam
Disquiris cathedra litem incunte gravem.
Ergo Tuis cæptis, cæli adspirante favore,
Felicem decoret lausq; decusq; precor.

Panula hæcce Generoso Dn. Responden-
ti, Fautor & Consalino suo dilectissimo
l.mq; adjicere voluit

Petrus Camps, Brunsviga-
Saxo.

Wohl! rechter Adelmuht leßt sich bey Zugen spüren/
Steigt den Parnassus auff/ die Sternen anzurühren/
Verachtet Ungemach; Erreicht dadurch das Ziel/
Wo Fama solche Held' unsterblich haben wyl.

Mit diesem wenigen hat seine Dienstschul-
digkeit dem Junckern vom Knezebeck
erzeigen wollen sein Tischgenoß

Matthias Arendts/
B. S.

E I N I S

1149t

U2 12.07.1990

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0463153

